

vel vnam tantum partem, vel plures eodem tempore. Sic calefaciunt caput vinum de beronica, rorero marino, stoechade, saluia. Oculis prodest vinum ex euphrasia: Cor ipsum, vinum de borragine, melissa, vinum aromaticum, quod Hippocraticum dicitur. Thoracem vinum ex hyssopo, vel marrubio albo, vel enulae radice. Ventriculum, vinum absynthii. Hepar, vinum chamaedreos. Lienem, tamarisci. Renes & vesicam, vinum alkengi vel saluiae. Alia vero secunda qualitate alterant adstringendo, ut vinum rosaceum, vinum e punicis, vel ex pyris vel prunis sylvestribus. Sudorem prouocant vinum guaiacum. Venenis resistit, vinum zedoariæ, de quibus & Diosc. lib. 5. & Arnoldus de Villanova.

Quæ vero purgant, vel ex purgant humorem simplicem, vel mixtos. Simplicem, ut bilem flauam, vinum scammonites: bilem atram, vinum ex helleboro nigro: pituitam vinum squilliticum apud Galenum: Vel aquam, vinum e granis eboli & chameleæ, vel thimeliæ ex Diocoride.

Parari autem poterit vinum absynthites aquas purgans hoc pacto:

℞. Summitat. absynthii, cardui benedicti, an. p. ℥.

agrimon. chamedr. an. p. i.

brassicae marin. p. ℥.

folior. sennæ diligenter à stipitibus mundat.

3 ij.

rad. ireos florent. 3 j.

radic. asari, mechoaca albiß. ononidis an.

3 ℥.

I 4

calami